

voluminibus^{k)}, ex quorum^{l)} flosculis hoc ipsum opus^{m)} universale contextum est, pretio compararem aut scribi facerem, quorum tamenⁿ⁾ magnitudo forsitan huic^{o)} toti operi^{o)} vel maiori^{p)} parti per equiparantiam respondere posset, verbi gratia ex^{q)} philosophis Aristotelem^{r)}: De animalibus, Avicennam^{s)}: De medicina, Plinium: De historia naturali^{t)} vel ex Iudeis Iosephum, ex nostris autem Augustinum: De civitate Dei vel Super Psalterium vel Super Iohannem, Moralia quoque beati Gregorii vel aliqua huiusmodi: nullus esset fortasse, qui argueret, nemoque reprehenderet. Et tamen cum haberem hec omnia, ne dicam tertiam, vel quartam, immo nec saltem decimam aut vicesimam partem eorum, que hoc opere continentur utilium^{u)}, in scriptis possiderem^{v)} aut tenerem^{v)}, nam et ex ipsis certe libris, quos etiam sacri doctores olim in exponendis Scripturis aut in refellendis hereticis sive quibuslibet aliis emergentibus causis utiliter ediderunt, dum quisquam a quoquam legitur, plerumque vix in tribus aut quattuor vel quinque capitulis unica sententia notabilis ad proferendum in publico sermone, sive etiam in lectione, vel in disputatione reperitur. Quanto minus ergo nunc arguendus videor, quia multorum librorum florem quendam atque medullam in unum volumen compegi, totumque sub certis titulis ordine congruo redegei. Non autem hoc^{w)} dico^{w)} sanctorum patrum vel in^{x)} ceterorum actorum veterum scriptis presumptuose derogando, nostrumque iactanter et inaniter extollendo, presertim cum hoc ipsum opus utique meum simpliciter non sit, sed illorum potius, ex quorum dictis^{y)} fere totum illud contexui, nam ex meo pauca et^{z)} quasi^{z)} nulla addidi^{aa)}. Ipsorum igitur est auctoritate, nostrum autem sola partium^{bb)} ordinatione. Nec ignoro me non omnia, que scripta sunt, invenisse vel legere potuisse, nec me profiteor etiam ex his, que legere potui, cuncta, que ibi notabilia sunt, excerptis^{cc)}, alioquin volumen in immensum opportheret extendi; sed de bonis, ut arbitror, meliora, vel certe de melioribus nonnulla collegi.

c. 5^{dd)}. Apologia^{ee)} de regnis et bellis huic operi insertis

Ut autem utilitatem operis plenius innotescam, taceo de virtutibus et vitiis et sacramentis et huiusmodi ceteris, que ad edificationem morum

^{k)} fehlt R ^{l)} quibus H_3H_4 ^{m)} fehlt H_3H_4 ⁿ⁾ folgt singularis $D R$
^{o-o)} huius totius operis D ^{p)} magne D ^{q)} de D_2D_3 ^{r)} Aristotilem N_1N_2D ^{s)} Aviscennam H_1ND_1 ^{t)} materiali $H_3H_4H_5$
^{u)} folgt ac notabilium D ^{v-v)} tenerem aut possiderem D ^{w-w)} dico hoc R ^{x)} etiam $H_3H_4H_5DR$ ^{y)} fehlt D_3 ^{z-z)} vel D ; vel quasi R ^{aa)} apposui D ^{bb)} fehlt D ^{cc)} exemplis N_2N_3 ; expressisse D_3 ^{dd)} 4 R ^{ee)} folgt actoris D_1